



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXV. Bischof Ludwig von Brandenburg bestätigt dem Andreas-Altare zu
Burg gewisse Schenkungen, am 25. Januar 1340.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

perit indignationem omnipotentis dei atque nostram se nouerit grauiter incursum. Datum et actum anno incarnationis ihesu cristi M^o. CCC^o. XXXIX^o., in die Mathie apostoli.

Nach dem Originale des Stadtarchives Nr. 79.

XXV. Bischof Ludwig von Brandenburg bestätigt dem Andreas-Altare zu Burg gewisse Schenkungen, am 25. Januar 1340.

In nomine domini Amen. Vt actiones hominum vtilis et honestas temporum mutabilitas non aboleat etc. — Hinc est quod nos Ludewicus dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus ad omnium christi fidelium tam presentium quam futurorum noticiam deducimus — Quod nos domini Mathie, plebani in Borch et Canonici ecclesie sancte Marie virginis in Magdeburgh et domini Lamberti plebani in Scydyz uotis, Prefertim cum honorem dei et salutem animarum suarum respiciant, pio concurrentes affectu, nostrum Beniolum prebere debemus assensum. Predicti enim, sicut accepimus ab eisdem, sex frustorum reddituum, quorum vnus chorus cum dimidio filiginis et vnus chorus cum dimidio in villa Recele et vnus chorus filiginis cum sex solidis Magdeburghensium denariorum in villa Resene, et tredecim modios filiginis et dimidium chorom auene et tres modios tritici et quatuor modios cum dimidio ordei et duodecim solidos Magdeburghensium denariorum in campis ville Cybbeckleue ante opidum Borch sitos, quorum proprietati Reuerendus pater et dominus dominus Otto Magdeburghensis Ecclesie Archiepiscopus cum consensu sui capituli a sua Ecclesia abdicauit, ad altare beati Andree Apostoli in Ecclesia beate Marie virginis borch situm et quosdam alios redditus annuos ante opidum Borch sitos atque agros quatuor iugerum pro suarum et progenitorum animarum salute perpetue decreuerunt deputandos hoc modo, Quod ex nunc et de cetero in perpetuum domino concedente sacerdos ydoneus dicto Altari deseruire debeat missam singulis diebus in eo celebrando et de dictis redditibus sustentari etc. — Actum et datum anno Domini MCCCXL^o. In Conuersione sancti Pauli Apostoli.

Nach dem Originale, dessen letzter Theil nicht mehr ganz lesbar ist, Nr. 25 des Stadtarchives.

XXVI. Privilegium des Bischofes Ludwig von Brandenburg für den Kaland in Burg, vom 9. September 1340.

In Nomine domini Amen. Ludewicus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, vniuersis christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis salutem in filio uirginis gloriose. Cum sit idem dominus omnium tam humilium quam potentium, apud quem nulla prorsus est accepcio personarum, necesse est vt vnusquisque in suo ordine et condicione suo seruiat creatori etc. — Hinc est, quod cum fratres kalendarum in Borch quasdam constitutiones inter se statuissent speciales, per quas ipsi deo copiosius deseruirent et Animarum suarum salutem celerius consequi mererentur, nobis deuotissime supplicarunt, vt intuitu dei dictas ipforum fra-